

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

nent honestas artes et Reipub. necessariæ cōserua-  
buntur, & ad posteritatē propagari poterūt. Ita-  
que libenter uidi projectus tui specimen, mi Chri-  
stophore: ac precor Christū, ut studijs tuis faueat,  
eāq; gubernet. Tuum etiam erit, hunc cursum ur-  
gere: quod ut facias, hortari tum patris authoritas,  
tum ipsa Respublica debet, ad quam certè studia ue-  
stra pertinēt. Deniq; inuitabit te etiam ipsa doctri-  
næ suauitas: quam nulla ex re maiorem quam ex i-  
psa doctrina, animus percipere potest. Quod ad  
me attinet, gratū mihi feceris, si hoc officij genere  
amicitiam inter nos constitutam alere atq; confirmare studebis. Quare dabis operam, ut sēpe ad me  
scribas. Iosocrates inquit honestum esse, paternas a-  
amicitiyas ueluti patrimonij partem conseruare. Scis  
autem, que mihi cum patre tuo, uiro optimo, ami-  
citiyas multis iam annis, quem projectò propter  
fidem & ingenium, magis quam propter fortunæ  
ornamenta, amo & obseruo. Bene uale.

### Eidem.

Valde probò studium & conatum tuum in fa-  
ciendis uersibus. Nam hæc exercitatio colorabit  
etiam solutam orationē tuam, idq; breui senties i-  
pse. Deinde ut alie Musicae partes suauissimæ sunt,  
ita plurimum habet hæc harmonia uersuum uolu-  
ptatis: & est signum minimè fallax, probæ & in-  
genus.

genue naturæ. Nam peruersæ abhorrent, ut ab alijs Musicæ partibus, ita à uersibus faciendis. Coles igitur hoc studium faciendi uersus, sed ita, ut se pe scribas solutam orationē, in qua spero te magnā laudem consecuturum esse. Natura enim placet mihi. Quod si ars & rāio per aitatem acceſſerit, et Reipub. & tibi & tuis ornamēto eris. Idq; ut fiat, oro Christum. Ego quod possum, tibi præſtabo : et de hac ratione dicendi, quam maxime probant erudi, deq; imitatione, quam tibi necessariam esse iudico, scribam ad te quamprimum aliquid oīcij natūræ ero. Bene uale, & saluta optimos tuos parētes.

Chiliano Goltstein S. D.

Gaudeo liberasse fidem suam duos patronos, tibiq; tandem adolescentes in disciplinā traditos: & opio, quoniam prouinciam & duriſſimam ex plenam periculi fuscipis, faueat tuis laboribus Christus. Non meherculè magis est (quod aiunt) Martis alea incerta, quam studiorum, adeò pauci pueri perueniunt ad frugem, quanquam optimis usi preceptoribus, fortunaq; abunde ſuppeditarit omnia discendi instrumenta. Exercet me adhuc nomenclatura frumentorum: itaq; abs te postulo ut interroges medicos urbis tuæ, an norint frumenti ſpeciem quam in Italia far uocarūt. Deinde quod farris hoc tempore nomen fit, quæ forma, et quatenus forma conic-